



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Iuridica,|| Sev Ius Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

Clerici ne deserant religionem vel sacerdotium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

*NE DESERANT
RELIGIONEM, VEL SA-
CERDOTIVM.*

LEO IMP. IN L. QVISQVIS EME-
NIS. C. de Episc. & Cleric. &c.

Clerici non
sunt abstra-
hendi ad secu-
laria negotia.

Visquis ad confortium se contulerit cle-
ricorum, & inter ministros vera ortho-
doxa fidei maluerit, & elegerit numerani, mul-
lius proflus sententię acerbitate reuocetur nec
à Dei templis, quibus se consecravit; impor-
tunis intentionibus abstrahatur: sed in hīc
beatissimis ministerijs securus permaneat.

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. QVOM.
oport. Episc. &c. §. semel. autem. coll. 1.

Cleric⁹ semel
factus, ad se-
cularem statu-
redire nō po-
test.

SEmel autem factos diaconos aut presby-
teros nullomodo derelinquere sacerdotum,
quod non solum in presbytero & diacono
sancimus: sed etiam si subdiaconus, aut forte
lector fiat aliquis, hunc relinquere pristinum
schema, & ad alteram migrare vitam: sci-
tem, qui si tale aliquid egerit, aut in curiam
cum substantia aut subinopia degens, ad offi-
cialem deponetur fortunam.

IDEM IN AVTH. SED NEQUE.
C. de episc. & cleric. &c.

Poena derserti
clericatus.

Q Vicunque in quolibet Ecclesiastico gradu
constitutus, ad secularem vitam re-
dierit, honore nudatus, pristinæ reddatur con-
ditioni.

VALEN.



VALENTINIAN. ET MARTIAN.
Imp. in l. fin. C. de apostat.

Q Vi Catholicarum Ecclesiarum clerici, vel
orthodoxæ fidei monachi, relicto ve-
ro orthodoxæ religionis cultu, hæresim & do-
ctrinam abominanda sectuti fuerint, omnibus
penis, quæ legibus aduersus hæreticos consti-
tuta sunt, iubemus teneri & extra ipsum quo-
que Romani imperij solum repellere, sicuti alia-
rum legum statuta sanxerunt.

Poena Cleri-
corum ad se-
ctas hæreseon
deficientium.

IVSTINIAN. IMP. IN CONST. 115.
§. monachus, apud Julian. Patricium. &c.

Generaliter definimus nulli licere in quo-
cunque gradu Ecclesiastico posito, recede-
re ab eo, & inter laicos connumerari: si enim
hoc ausus fuerit facere, cingulo, & dignitate, Poena deserti
clericatus,
vel militia, si quam habet, expoliatus, curia
sue ciuitatis tradatur.

D E F R E Q U E N T I A E T M V L T I T U D I N E C L E R I

corum quæ apud Vesteres Christia-
nos invisa fuit.

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. VT DE-
term. sit num. cleric. &c. §. Quapropter sancimus.

Sancimus non ultra sexaginta presbyteros De magnifi-
in sanctissima maiori Ecclesia esse, diaconi
nos autem masculos centum, & quadraginta
feminas: subdiaconos vero nonaginta, Le- centia istius
ginti templi, quod
S. Sophiae ap-
pellatum est,
multa scribit
Nicephorus
ex Procopio.

T 4 ginti-

